Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37192
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



intelligit reciproca .i. alternatim a duobus cho
ris contrariis decantata. Et dicitur ab anty. quod est contra.
et phonos quod est sonus. quia per diversas melodias
ascendendo et descendendo contra positas dulcem in psallendo
faciunt greci sonum. Has apud latinos antyphonas
beatus Ambrosius dicitur invenisse. Quod vero dicit Ant
ecte decantandus. supple indirectum. et sine ant. sicut 3us
ps. quod in estate faciunt in partibus gallicanis. Inde
sequitur ambrosianum. Dicit Petrus diaconus ypnum
et ambrosianum idem esse quasi divinum vel celeste .i.
divinitus inspiratum. Alii vero beatum Ambrosium compo
tore asserunt ympnorum. et hic Ambrosianus dicitur
ypnus. Deinde sex ps. cum ant. Hec sex ps. iubentur
dici a pus lectores etiam sex ps. Iste namque duodena
rius psalmorum numerus est angelico psallente ad consue
tudinem introductus. ¶ Narrat enim Cassianus quod
dum quidam patres in egypto ad nocturnam sinaxim ps.
psallerent quinquagenos. non nulli plures. aliqui vero
pauciores. adhuc convenerunt numerum ordinandum
Cumque in hoc numero diversis diversa sentientibus discre
parent. orantibus ipsis angelus domini astitit inter eos.
12. ps. strenue decantans. et fine addidit alla
moxque disparuit. Et inde iste duodenarius
numerus psalmorum est assumptus.

Quibus dictis et dicto versu bene
dicat abbas. et sedentibus omnibus
in scampnis legantur vicissim a